Qui mortem metuit amittit gaudia vite

¶ Mortalis humane vite ſeries hac conditione ſtadiuz terrene conflictionis ingreditur vt tandem aliquotiens libens vel inuite diſcedat. In quo quidem agonis examine ſic pugnanduz eſt viriliter. ſic fortiter dimicandū quaſi momentis ſingulis deberet huiuſmodi p̄liū terminari Sane illuſtribus animis hec ſeparatio nõ eſt metuenda ſummopere. quia iuxta Senece ſententiam hac cõditione mundū intrauimus vt aliquotiens exiremus. Et ideo natura hominis cenſetur eſſe non pena a cuius generalitatis participio nullus mortalium meretur excludi Uirtualis ergo pfectionis integritas vitam hãc dignitatis p̃rogatiua nobilitans. future felicitatis p̃mi nis degustãdo mortis pauorē ſubytiat. ne vite p̄ſentis indutie dū continuo timoris mordeꝭ aculeo tranſigantur in miſeria ꝛ lite Qui mortem metuit amittit gaudia vite ¶ Unde nouus Cato
Moris inque metus vt poſſis viuere letus
Stultitiam ſeruas ſi vite gaudia perdas

In ira de nullo contendas

id eſt tu paſſionatus litigare.

Iratus de re incerta contendere noli.

perturbat paſſio rõem videre

Impedit ira animum ne poſſit cernere verum

¶ Dum iracundie furor ebulliens tanq̃ hoſpes improbus arcana mētis inuaſerit. tūc anima pprio viduata p̃uilegio. ꝛ diro ſenſualitatis vinculis. alligata. recte deliberationis iuditiū non admittit. ſed potius bella cõcipit intonat iurga. ꝛ cõtumeliarū ſeminaria ore procaci diſtillat. Uerū tanto ſeuientis diſcretionis naufragio. nõ expedit in cõſilijs vſurpare deliberationis officium. ſeu in iuditijs ſententie calculum pmulgare. donec paulatim relegato tante acerbitatis hoſpite. anima tandem propria liberate potita in priſtine amenitatis temperiē reparetur. Alioquin ſi ſecus fieret diſtorte conſultationis vocem adderet. ac iuditiū coutuma ꝛ atq; ſenium. Impedit ira animum ne poſſit cernere verum. ¶ Unde nouus Cato
In nullis rerum videt iracundia verum
Ac dubijs cauſa certabis non ſine cauſa.

De ſumptuū ⁊ expenſarum honeſtate.

in impenſas qn̄ opoꝛtunitas requirit
Fac ſumptum ꝓpue dum res deſiderat ipſa
liberaliter id eſt vbi qn̄ ⁊ q̄bus opoꝛtet
Dādū etenim eſt aliquid dū tp̄s poſtulat aut res.

¶ Tanta rebus humanis adheret mutabilitas. ꝙ in his nulla pōt diuti-ne parilitatis adequatio repiri. qua propter licet ꝓdigalitatis vitiū bonis aduerſetur moꝛibus. nonnūq̄ʒ tamen cum neceſſitas tp̄is hoc et negotioꝝ inducunt pleno coꝛnu vacundum eſt ſumptibus. ⁊ tunc virtuoſe aggredie-ris. de qua alias ſi deeſſet caſus neceſſitatis. ſuperfluitas vocabulū repoꝛ-tares Dandum etenim eſt aliquid dum tempus poſtulat aut res

¶ Unde nouus Cato
Fac cito quod debes quando diſponere debes.
Sed cum debebis pꝛo tempoꝛe remqʒ videbis

De ſocioꝛum offentione precauenda

pudoꝛē ⁊ ſcandalū ſocioꝝ tu id eſt oſculare nō reuelare
Quod pudeat ſocios prudens celare memento.
qui non ſciebāt repħendant qꝫ tibi ſoli notū fuit.
Ne plures culpent id quod tibi diſplicet vni.

¶ Naturalis legis inſtitutio. coꝛdibus humanis caracteris indelibilis an-notationi confixa. reciproce charitatis poſtulat vnionem. indicēs ſingulis. ꝙ in quibus ſe deteſtantur offendi alijs offendiculum non immittant Hāc iuſtiſſime ciuilitatis legeʒ vehementer impugnant deriſoꝛes inuidi. qui ſui pꝛopꝛij reatus pallientes malitias contra pꝛoximoꝛum culpas detractio-num armant aculeos. ⁊ irriſionis iaculis aliene fame preconium lacerant et impugnant Pone igitur cuſtodiam oꝛi tuo ⁊ ne omnibus odioſus appa-reas ſcandalizaris pꝛoximis. linguam maliloquā ꝓhibe ⁊ premuni Ne plures culpent id quod tibi diſplicet vni. ¶ Unde nouus Cato.

Pꝛudens celabit quod amicus turpe putabit
Nam culpent plures qꝫ ſolus pandere cures.

Mediocribus contentus eſto

Thereū. valde vtile in vita ne qꝫ nimis. Hoꝛa. tuta ⁊ puula laudo.
Quod nimium eſt fugito puis gaudere memēto.
ſecura eſt magis paruo nauigat
Tuta mage eſt puppis modico que flumīe fertur.

¶ Nature ſagacis conſiderata temperies que iuxta quendam ſapientem puis minimiſqʒ contenta eſt. omnem ſupflue curioſitatis voluptateʒ dene-gat ⁊ abhoꝛret vt nec in coꝛpoꝛis oꝛnatu pompoſitas. nō ingeſtu voluptuo-ſitas nō in ferculis guloſitas. nec feralis timiditas appareat in conuictu. Si ſecus egeris. limites moderate rationis excedens hominibus conſti-tues ſcandalum ꝟtutis exitiū. ne nouiſſime te reperies aduerſariū tibi ipſi Amplioꝛa ergo ⁊ maioꝛa te iuxta ſapiētis ꝯſiliū ne q̄ſieris. ⁊ abuſus rotā-te foꝛtuna ruinaʒ foꝛtune deſolatōis adducat. ſed paucis leta mente cōtem-

tus. eo magis vtere quo in exiguo fluminis alueo ſecurius nauigatur Tu
ta magis eſt puppis modico que flumine fertur ¶ Unde nouus Cato.
Et tu modicū ſperas nimium fugiendo repellas.
Fit ſecura magis in paruo flumine nauis

Ex iniquitatibus pſperari non cōfidas

valerius. lento quidem paſſu deus ad vindictā procedit

Nolo putes prauos hoīes peccata lucrari.

per aliquot tpa occultantur manifeſtant

Temporibus pcta latent ⁊ tempore patent.

¶ Si diuitem diſpenſatōis ſeries. nullis humane conſideratōis incluſa li
mitibus attendatur efficatius. ⁊ crebre ſpeculationis oculo ppēdatur nul
lam ingentioris admirationis dubietatem reperies. Ꝗꝫ conſideratio vite p
ſentis ſtudio. nonnulli laxatis frenis laſciuie per aeram pprie voluntatis
aut verius voluptatis excurrunt vacantes ocijs teterrimis implicati deſi
derijs. nihil licitum. ſed ad libitum facientes. Et hi quidē vt in plurimum
ſublimantur honoribus. iocundātur diuitijs. Et in totius humane congra
tulationis gloria pſperant Uerū impſcrutabilis pcelſi diuinitatis oculus
attingens a fine vſqꝫ ad finem fortiter. dum ſolite lōganimitatis patientia
laureatus tot largiflue liberalitatis donaria ſenſerit in gratitudinis demer
ſa naufragio. ⁊ debitis officiorꝫ carere ſtipendijs ac pctōrū animū ad tantā
deueniſſe veſaniaꝫ vt ſui largitoris imemor. preſumptiua temeritate ſedu-
ctus ſuis acerbit meritis quod referenter offerre debuerat donatorib⁹ mox
tantis iniuriarū cōuitijs exacerbata diuinitas abiecto protelate patiētie
cipeo. vt tanti reatu ſceleris nec pacientia victum. nec beneficijs emollitum
gladiū diſtr cte ſeueritatis acuit. ⁊ cōmutās iuſtitiam in iudiciū vbi pecca-
tor ongioris vite mora. ⁊ deſiderijs anime ſue temerarie credulitatis volū
tate confidit. repentinus interitus ſuperueniens oēm optate proſperitatis
terminū intercludit Et iuſtiſſimo quidem equitatis iudicio agitur vt qui in
multuꝫ tempus ad veniā. ad diuine maieſtatis iniuriam retrorſit. extrema
ſue vite tpa careāt beneficio creatoris Et hanc diuine aiaduerſionis regu-
lam omnes filij adā meticuloſo mētis ſcrupulo ante cordis oculos frequen
ter ſtatuant. ⁊ in ſue memorie ſecretarijs diligenter exerceant. Tēporibus
peccata latēt. ⁊ tēpora patent ¶ Unde nouus Cato.
Abſit opinari pro nos peccata lucrari
Primo celeant peccata deinde reuelant

De homontionibus

Statius maior in exiguo regnabat corpore virtus

Corporis exigui vires contemnere noli

et prudentia ille prius lucet id eſt vires corporales

Conſilio pollet cui vim natura negauit.

¶ Spinarum preacuta denſitas. roſei floris amenitate letatur. ⁊ teſtea nu
cis duricies nuclei dulcedinem prudenter abſcondit. Et nō nunꝗꝫ lutea
vaſa figuli precioſis aromatibus profunduntur Sic perſepe humane gene
ratōis abiecta corpa indecora effiges mēbrorū ɔpoſitōe difformia inſignio
ris anime titulis decorantur. Porro huius iacturam diſpendij ſapiens

breui dolore compenſat. Namdum in ſubiecto hominis ſapientia preſi-
det virtus obſequitur. tanq̄ familiaris vernacula comitatur corpore mol
lis pauperiem non ludere expedit Nam ancille difformitas in patriſ fa-
milias domo toleratur facillime vbi domina immenſi decoris ſchemate ra-
diauerit Conſilio pollet cui vim natura negauit ¶ Unde nouus Cato
Ne reputes viles in paruo corpore vires
Ingenio pleno ſors viribus extat egeno

Maiori cede ⁊ etiam pari ⁊ q̄nq̄ʒ inferiori.

noueris in robore vel fortitudine ſcʒ illi

Quem ſcieris nō eſſe parem tibi tempore cede.

qui victus fuit vinci.

Victorem a victo ſuperare ſepe videmus.

¶ In corporalibus exerciciis in collationibus ⁊ ſtudiis nō ſemper expedit
potentiorem. victorie prerogatiua potiri. ſed nōnunq̄ poſteriorem ſe finge
re in certamine qui priori poterat inueniri. nedum ſemper in alios domi
nationis imperium veudicare nititur. interdum exoſos pluribus et multi
pliciter prouocatus eo ſuccumbat vilius. quo a victo fuerit ſuperatus. Et
hoc vincendi genus retrogradum nos omnes generaliter videmus Victo
riam a victo ſuperari ſepe videmus ¶ ¶ Unde nouus Cato.
Spernere tu noli quin cedas ſepe minori
Et qui victorem tenuit iam victus honorem

De omni contentione fugienda

amicum tuum litigare

Aduerſus notum noli contendere verbis.

maxima diſcordia ſicut ignis creſcit ex lignis

Lis minimis verbis interdum maxima creſcit.

¶ Ignis materialis facili palearum aduſtione ſuccenditur cui ſi lignorum
ſtruere crebra reſtitutione frequenter apponas in atrociam flammaruʒ in-
debilem conualeſcit. ſic in amicorum conuictu modica iniurioſe vocis ſemi
naria in contumelias pullulant. vinculis amicitie perpetuo diſſipatis
Et hoc malo mihi ſapienti deteſtabilius vt theſaurus incomparabilis ſum
mi laboris artificio conquiſitus. rumuſculus vnius momenti depereat.
Et prouocata iniuriis amicitia iam in amicum. gladium hoſtilitatis acu-
it dum crudeſcit. Lis minimis verbis interdum maxima creſcit
¶ Unde nouus Cato.
De verbis paruis creſcit lis vſq̄ʒ ſub armis.

De fuga inuidie

cum magna diligentia.

Inuidiam nimio cultu vitare memento

inuidia inuidiam pati graue.

Que ſi non ledit tamen hanc ſufferre moleſtū eſt

¶ Puſillamitate depreſſa pauperies proſperitatis indigia ⁊ emula ho-
neſtatis dum alieni proſperitati dolenter inuidet Primos in ſemetipſa

propꝛie malignitatis aculeis experitur. Non enim diuine legis imperio vlla ſanctio reperitur equioꝛ q̃ iniquitatis artificem ſue inuentionibus le=gibus interire. Anxiatur equidem ſenticoſi liuoꝛis attractu. ꝛ attendit ali=quos proſperari ſuas reputans iniurias Et quicquid alteri preconizantis fame contigerit repuat ſibi nocium ꝛ infeſtum· Qui ſi non ledit, tamen hāc ſufferre moleſtum eſt ¶ Unde nouus Cato.

Inuide cultum fugies chariſſime multum.
Mentem liuoꝛ edit ſi non in tempoꝛe cedit

De ſoꝛtilegijs ꝛ diuinationibus

facere ſoꝛtilegio.
Quid deus intendat noli perquerere ſoꝛte
facere per ſapientiam .i. ſine tuo conſilio
Quod ſtatuit de te. ſine te deliberat ipſe

¶ Si diuine mageſtati latrialis reuerentie obſequium prebere ſtudeas. tā te ſuperſtitionis macula in vie voluntatis affectibus ſecludantur. vt diuine voluntatis at diſpoſitionis circa futura contingētia onerosus exploꝛatoꝛ exiſtas ne illud maledictū moſayce legis incidias Beſtia que tetigerit mō=tem lapidibus obruetur Seu in illud comminatoꝛium ſapientis Centem platoꝛ mageſtatis opprimetur a gloꝛia Quod enim amplioꝛis demente re peritur iudicium q̃ vile patris familias mancipium· ꝛ eius redemptum uſu=miſſum ite. ꝛ ſpeciali gratia manumiſſum in tantam preſumptionis erigatur arrogantiam. vt parilitatem dominationis aſpiret anhelans inuito domi=no vt ſecretarius conſcius habeat Uerūtñ nonnulli moꝛtaliū eo dexterius quo contumacius iugum deitatis abijciunt. dum abuſiue mētis pꝛoteruia ido=latrie veſaneam ſimilantes. magos conſulūt ꝛ ariolos caracteribus ꝛ figu ris intendunt reſponſis demonum ꝛ phithonum ſtridoꝛibus veritatē cōijci unt futuroꝛum Alij vero ex garritu auium ꝛ ex earum intuitu a motu mem broꝛum. ꝛ a mulierculaꝛum aſpectu. ab igneis pyramidibus. ab aquaruꝫ gurgitibus. a lineis manuum. noticiā decerpere moliuntur. in diuine ma=ieſtatis iniuriam feminarum reuocantes idolatrie. ꝛ contrarias crimino ſe affectiones aſſequentes

¶ Unde nouus Cato.

Quid deus ipſe velit cur ſoꝛs tua diſcere querit
Te ſine diſponit quicquid tibi reddere nouit

De animi foꝛtitudine in aduerſis ꝛ ini=quis iudicijs obſeruanda

tu cōſtāti a iudice iniuſte.
Eſto animo foꝛti cum ſis damnatus inique
nullus etiam non damnatus.
Nemo diu gaudet qui iudice vincit iniquo

¶ Cum violentia iuſticie perſecutrix te precipitanter inuaſerit. tunc aīmus virilibus vtendum ſtatuas. mollicie feminee leuitatis expulſa. Alioquin ſi rigoꝛis ꝑtinaci· equo vecta ſuperbie. per cāpos arbitrarie volūtatis excurreret nulla cōtradictionis obice ꝑpoſito totā ꝯfrinderet ſegetē rōnis

¶ Si ergo in calūnioſo iudicis auditorio per penam condemnatus extiteris conſtantie murum ac reſiſtentie vallū feſtines opponere ne iuſticie materiam depulſam inueniat. aut parietes inclinatos Nam recte rationis iudicio duplici plaga cōteritur. qui damnabili mulctatus iniuria ⁊ diſſimulatione malignandi fiduciam tribuit inimico Nemo diu gaudet qui iudice vincit iniquo ¶ Unde nouus Cato.

Si fortis factus ſub iniqua lege coactus
Non gaudet multum quem lex mala ſeruat inultum

De bonis ſociis acquirendis.

idem.

Cum tibi vel ſocium vel fidū queris amicum

rerū affluentia honeſta

Non tibi fortuna eſt hoīs ſed vita petenda

¶ Si preclarum amicitie fedus cū quolibet hoīm volueris adipiſci. nō nature claritatis inſignia. non fortune venuſtatis preconia. nō copioſe ſupellectlis farcinulas. non mūdane dignitatis primitias intuere Sed ſi ſciencie claritate perfuſus. ſi virtutū pondere trabeatus. ſi fame preconizantis munere laureatus extiterit. etiā ſi blandientis fortune nouercantes experiatur inſultus huius amicitia poſtulanda ſedulius amplectēda virilius ac totis conatibus obſeruāda. Nō tibi fortuna eſt hominis ſed vita petenda ¶ Unde nouus Cato.

Si quis amicari ſibi vult ⁊ ſe ſociari
Non fortunatum querat ſed morte beatum

Litem ne renoues

diſcordie anteacte post pacem factā renouare

Litis preterite noli maledicta referre.

habitas iam ⁊ ſopitas renouare

Poſt inimicitias iam meminiſſe malorum eſt.

¶ Flebiles beluarū atrocitas leuiſſimi concitatur iniuriis nū q̄ priſtine leſionis iniuriam derelinquens Homo vero nature ſolemnioris artificis procreatus. dum froro rationis aſtringitur indifferenter ampliato diſcretōis pallio ſine cauſis vrgentibus conturbatur rarius. ⁊ ſcelerius mulcetur. q̄ ſi ſemel ſi accepta iniuria ɔſueuerit prioris iracūdie moroſus repetere. ⁊ pacis catenā diſſoluere malignitati inſcribitur ⁊ creditur indecorū Poſt inimicitias iraꝫ meminiſſe malorū eſt ¶ Unde nouus Cato.

Quiſqꝫ ſit oblitus litis iam factus amicus.
Nam memor irarum homo non eſt preteritarum

De laude ⁊ vituperio ꝓprio

qꝛ laus ꝓpria fordet vituperaueris tu

Non te collaudes nec te culpaueris ipſe

ſtultos vana

Hoc faciunt ſtulti quos gloria vexat inanes

¶ Phylargiria pompoſa ventoſitas, aure ventilabro blandiciis illecta

propria ſeducta iudicijs dum ſe probitatis merita indebite conſiderationis menſura perpendit a rationis tramite deuiat ⁊ oberrat. Dū em̄ ſe ſupra ſe ampulloſa temeritate ſuſtolit. magnificorum actuum excellentiam vſurpat Et dū exterius vox preconia ipſa merita dolenter abſentat tunc oſtentator immerite laudis emulis multifluæ cōmendatōis titulis ſibi laudis preconium ſolemnizat. Uerum hec peſtifere ſeductionis macula eo precauenda diligentius. ⁊ ab agro conſcientie maturius ꝓpellenda quo ingratitudinis contagiata veneno in offenſo diuine maieſtatis attemptat. quam abſorbet cecitatis fouea profundiſſima ⁊ immanis Hoc faciunt ſtulti quos gloria vexat inanis. ¶ Unde nouus Cato

Laudem vel culpam ſi ſibi quiſquis donat
Conuenit hoc varijs quos gloria vexat inanis

De moderata poſſeſſionū diſpenſatione

acquiſitis ꝑ laborē vel induſtriā impenſa
Utere queſitis modice dum ſumptus abundat
.i. cōſumitur ꝑus tpe acquiſitū eſt
Labitur exiguo quod ꝑtum eſt tempore longo.

¶ Si perflante borea. ⁊ aquilonis vehementia cōſpirante protenſis velis ac nauigio libero in altuz pelagus ſcapham impegeris ſecuturi naufragij diſcrimina non euades Sic conformi paralitatis exemplo dum exigua dotatus ſubſtantia ſumptus multifarios excercere contendis debilitato protinus fundamento tue proſperitatis ſerenitas ſubitam corruet in ruinam. Et dum prope fatuitatis experieris ſtipendia. deriſionis patieris obrobrium Ho future quidem paupertatis inopiam. famoſa conſtituo domicilia dum quotidiani victus peculium ſine augmenti beneficio. ablatione continua detraho ⁊ emungo. Labitur exiguo quod ꝑtum eſt tempore longo. ¶ Unde nouus Cato.

Parum diſpenſa cum poſſit creſcere menſa

Secundum locorū aut temporū variatōez. te diuerſum exhibeas

ffinge te inſipientem .i. loco ⁊ tpe oportuno
Incipiens eſto. dum tempus poſtulat aut res.
inſipientiam fingere .i. vbi ⁊ qn̄ oportet
Stultitiā ſimulare loco prudentia ſumma eſt.

¶ Si recte deliberationis cautelam humano conuictui morez geras. te exhibere feſtines. non vniformem conformiter ſed difformiter vniformem Dum em̄ ſapientiū conſiſtorijs aut ſenatorum cōſilijs intereſſe contigerit. tunc grauitate fungendum eſt. ⁊ iucunditatis relegato tripudio cōuenit maturitatis ſolio ſtabiliri Cum vero ſtudioſi laboris relegato diſcrimine conhabitantium multitudo ludicra recreatōis ſolatia in laboris premium proſequitur. tunc fas erit in diſciplina moderationis attenta grauitate. iocoſitatis ſolaria miſceantur ¶ Et quanto pro loco ⁊ tempore in his ridiculorum geſtibus te vberiorem prebueris. tanto amplioris prudentie cōſequeris preconia. ¶ Nam huiuſmodi virtualis moderatio. cen

ſetur actualis vite ductrix pariter ꝛ alumna. Stulticiam ſimulare loco pru‑
dentia ſumma eſt ¶ Unde nouus Cato.
Teſtolidum finge quando res ammonet inde
Eſſe loco ſtultum hoc ſepe fit vtile multum

De fuga luxurie ꝛ auaricie declinatione.

fornicationem adulterium ꝛc.
Luxuriam fugito ſimul ꝛ vitare memento
qꝛ vitā abbreuiant coitus cura nimia
Crimen auaricie nam ſunt contraria vite.

¶ Celebrioris fame titulos ꝛ virtualis conſiſtēcie iubar rutilans. ſibi de‑
ſiderans coaptare. veneree delectationis nefandum imperium ꝛ formidande
cupiditatis ambitum declinare feſtinet Nam ſi quis tā amariſſime ſeruitutis
cōpedibus ſemel fuerit alligatus libertate proſcripta toti viciorū collegio
vectigalia ſeruitutis abyciet viliſſimo tandē caractere notatus infamie
¶ Unde nouus Cato.
Crimen auaricie nam ſunt contraria vite
Non eris auarus nec eris tu luxurioſus

Omni ſpiritui non credas.

aliqua narranti tibi.
Noli tu quedam referenti credere ſemper.
parua danda multiloquia raro deeſt peccato
Exigua ē tribuēda fides qꝛ multi multa loquūtur

¶ Sagax nature diſcretio mirādo preſagio mores inſtruens. humane cor‑
pore duplex audit⁹ organum ſtabiliuit. p hoc patenter inſinuās hoibus de‑
bere auditu pcipe plurima aſſenſu vero recipere pauciora Nondum lingue
volubilis loquacitas. emula ꝛ ignara certitudinis more arundinis agita‑
te. ad omnem ventum garrulitatis impellitur. falſitatis circūamicta pallio
hoſpitem ſuum falſa credulitate ſeducit Et dum falſitatis primitie rumo‑
res crebra repetitione ſuccedunt. venenoſe mēdacitatis arguunt ꝛ in acto‑
rem ſuum ſiniſtre opinionis diſpēdia machinātur Exigua eſt tribuenda fi‑
des quia multi multa loquuntur. ¶ Unde nouus Cato.
Raro credatur cuiqꝫ ſi multa loquatur
Unde relatori tu ſemper credere noli

De immoderata vini aſſumptione

.i. ſi tu inebriatus fueris .i. nō teipſum excuſabis
Quod potu peccas ignoſcere tu tibi noli.
nam vt ait ſcriptura Omnis creatura dei bona
Nam nullū crimen vino eſt ſed culpa bibentis

¶ Tergiuerſatrix humane abuſionis temeritas. licet innumeris obnubile‑
tur erroribus in hoc tū precipue patrocinium ſue vicioſitatis aſſumit. q a re‑
bus creatis que iuxta ſcripture teſtimonia a ſummo artifice facte ſunt opti‑
me nō ſine creatoris iniuria ſue tranſgreſſionis maculas commentatur
Nam cum hoies veneris detinētur voluptatibus violentū nature cauſantꝭ

impulſum. Si vero gaſtrimargialis ingluuies eos vehementer obſederit adeo vt perſepe noctes patiantur inſomnes. in calicibus euacuandis ebrietatis crapula delibuti. liquoris fauos replicans ſue turbatōis materiam aſſeuerat. Sicut hi omnes agitati ſpiritu inſipientie errauerunt in modo non in via. Nam libero arbitrio volūtatis attento quod indifferenter ſe exhibet ad vetitū ꝛ exceſſum nulla poterit delinquentie macula creaturis adijci que madula ſola ꝛ in ſolidum remanet in arbitrio cōmittentis Nam nullū crimen vino eſt. ſed culpa bibentis Unde Ouidius

Certa tibi a nobis dabitur menſura bibenti
Officium preſtent menſq; pedeſq; ſuum ¶ Unde quidam
Si bacho. veneriq; vacas. qui cetera ſubdis
Subiuga veniſti. libertas tunc periitq;

Secretum tuum fideli ſocio. egrotum corpus cōmitte perito medico

ſecretum cōmenda ſecreto amico

Conſilium arcanum tacito cōmitte ſodali.

curationē corporis egroti cōmenda experto

Corporis auxilium medico cōmitte fideli.

¶ Humane nature ſpēs diſſimili copulata cōiugio anime ꝛ corporis ꝯtraxit vnionem ꝛ vtriuſq; incōmodis creatrix natura prouidit. ne crebre fatigationis baculo homines frequenter attriti in deſperatōis foueā laberētur ꝛ aīe quidē in procurando ſolatio amicitie federa prudēter aptauit. quibus alternatim cōicatis mentis angarijs. mutue cōſolationis ſtipēdijs dimulcemur. Si vero corporales moleſtias expiri cōtingat. medicorum pitiā cōſulenda cenſuit. q̄ herbarū viribus ꝛ pigmentorū virtutibus nature dōna refertiūt. quos hōnorari ſcriptura cōmemorat. ſicut refert nepotulꝰ patrueli· Corporis auxiliū medico ꝯmitte fideli ¶ Unde nouus Cato
Res occultande tacitis ſunt participande
Si non vis ledi medico tu crede fideli

De conſtanti propoſito in aduerſis

id eſt aduerſas fortunas pati impatienter

Succeſſus indignos noli ferre moleſte

cōcedit ſpe proſpera hoībus per grauiorem ruinam.

Indiget fortuna malis vt ledere poſſit

¶ Si fortune ſeuientis proſperitas. te valida turbatione cōcuſſerit non te ſubbito moueat ſubire perturbationis impulſus. ſed propria demeritorum facinora reminiſcens. a diuine bonitatis iudicio hoc retributionis iudicium cenſeas proceſſiſſe. Superne q̄dem equitatis hoc iudicio ſeueritatis in pſiti gladium diſcretōis obijcit. vt vexatio tribuat intellectum. reprobis vero et a filiorum numero perpetui anathematis diuiſione ſecluſus. mūdane proſperitatis fouet ſubſidio. tan q̄ meritorū vacuis ac vili remuneratis numiſmate quos tū in ſortē heditatis perpetue. ꝛ in numero filiorū agnoſcit
Indulget fortuna malis vt ledere poſſit ¶ Unde nouus Cato
Prauos ſucceſſus noli tu ferre moleſtus.

Sepe mali florent vt poſt ſua gaudia plorent.

De prouidentia

longe ꝓuide q̄ futura ſunt has aduerſitates patienter

Proſpice qui veniunt hos caſus eſſe ferendos.

iacula ꝓuiſa minus ledunt. omne quod

Nam leuius ledit. quicquid ꝓuidimus ante.

¶ Docent nos ſalomonis eloquia. vt palpebre dirigant greſſus noſtros Et iuxta poetarum carmina iam bicipitis imitetur effigiem. qui priora con ſpiciens poſteriora non negligit ad fortune iacula mentis oculos diligēter oppone vt dum forſan in poſterum proſperis recedentibus. ⁊ aduerſa ſorte ſequuta in gladium durioris caſus impegeris. moderatiori mēte ſuſtineas que proueniunt animo preuidente Nam leuius ledit quicquid preuidimus ante ¶ Unde nouus Cato.

Nam fere iacturam leuius quam cerno futuram:
Res improuiſa non bene ledere viſa

De mētis cōſtantia in caſibus aduerſis

in aduerſis fortunis ſpernere tu

Rebus in aduerſis aīm ſubmittere noli.

Eſopus ſpem decet amplecti. ſpes eſt via prima ſalutis.

Spem retine. ſpes vero hoīem nec morte reliquit

¶ Si impetus fortune ſeuientis tue mentis hoſpitiū inuaſerit. aut concuſ-ſus corpore molis angulis ferali proximet demētia non idcirco mentis cō-ſtantia muro vallata fortitudinis in foueam deſperationis accedat. ſed cli-peo confidentie fortioris armate. omnes e[q]uanimiter fortunorū tempeſta-tes expectet. ſuperſtite q̇dem in animo ſpei anchora quantumcunq̨ ſeuiat mundus frendet hoſtis impetus fortune terreat. non preualebūt aduerſa-rie poteſtates non ob hoc tante ſoliditatis fundamentum corruat. ſpes qui-dem indiſſolubilis, nullo machinationis impetu te derelinquit Spem reti-ne. ſpes vero hominem nec morte relinquit ¶ Unde nouus Cato.

Nemo malis cedat ne deſperatio ledat
Omnia ſpes vincat nec nos quoq̨ relinquat.

De vtilium rerum cuſtodia

vtilem a te remouere.

Rem tibi quam noſcis aptam dimittere noli.

in principio .i. ꝓſpera in fine fortuna eſt aduerſa

Fronte capillata poſt eſt occaſio calua

¶ Si neceſſariis vſibus quicquid oportunum tibi contigerit poſſidere non per te faciliter in alterum tranſferatur. ne cum neceſſaria tibi deſint in tan-te paupertatis laborinthū repente ſubeas prodigalitatis ludibrio macula-tus Dum enim ſubſtantie partem imprudenter abigis. tota ſucceſſiue de-fluit conſtituendus es in proximo in paupertatis menibus ⁊ in valuą
Fronte capillata poſt eſt occaſio calua ¶ Unde nouus Cato.

Fronte capillata bona res non ſit reprobata.

Ut maneant illi quos dimiſere capelli

Attende preſentia. futura prouide

qd eſt preſenti videſepe .i. qd futurū ſit.

Quod ſequitur ſpecta q̄dq̄ꝫ imminet an̄ videto

ſequere iam bifrontem frequenter vicet an̄ ⁊ retro

Illum imitare deum partem q̄ ſpectat vtramqꝫ

¶ Moderatricis prudentie cacumen circūſpectionis oculo meditari ſtudeat preſentia ⁊ futura. ſentente venerabilis Senece nō immemor ſic dicentis Si prudens eſt animus tuus tribus tēporibus diſpenſetur pñtia ordina futura prouide ⁊ p̄terita recordare. Alioq̄n ſi actuū preter torū obliuioſus extiteris. nullius experientie regulatus induſtria in agendis tuis claudicans. nullo certitudinis fundaberis fundamento. ⁊ ſi futurorū cautelas non adijcias. futura periculorū nō euades diſcrimina Repreſentans igitur iam biformis conſiderationis effigiem. viſum dirigas vtrobiqꝫ Illum imitare ideum qui ꝑtem ſpectat vtramqꝫ Unde nouus Cato

Rem precedentem videas ⁊ cerne ſequentem

Bifrontem ianum fieri non predico vanum

De proprie carnis gubernacione.

ſanior viuas ſobrior in potu ⁊ cibo

Fortior vt valeas interdum parcior eſto

ſup̄ corpis. ⁊ natura paucis cōtenta exercitia v̄tutum.

Pauca voluptati debentur plura ſaluti

¶ Rationis imperante domino humano carnis mancipium placabili frugalitate irtatur. quod ſi ex induſtria procuretur ſucceſſiua ſaginari dulcedine. iā nō dure caſtrū rabie belli audebit inflāmare. Sed ꝑ paucis et tenuibus homo exterior contentus ſtipendijs interiorē ſtudeat ſciētiarū ac virtutum exercitijs ſaginare horrore dignum reputans ancillā preſidere dn̄e ac dn̄am famulari ſubſeruiendo quidem vitijs ⁊ ꝑſcribendo ſapintiam virtuti Pauca voluptati debentur plura ſaluti ¶ Unde nouus Cato.

Parcior eſto cibis ⁊ ſic tu fortior ibis

Uult ſalus multas paucas res ipſa voluptas

Plurimorum ſententias nō inuidas ſolus.

ſniam vel decretū cōmunitatis id eſt tu ſolus

Judicium populi nunq̄ꝫ contempſeris vnus

id eſt ne diſplicias oībus ꝑ propriam opinionē

Ne nulli placeas dum vis contemnere multos.

¶ Multorum ⁊ ſapientū ſcientiā calculo approbatā. temere ꝯtrarietatis obice nō repellas. ne aura ſuperbe vanitatis impulſus prudentie tue modū non ſtatuens. ſed tollens in aera. aliorum ſententias ꝑuipendendas tāte ſi quidem preſumptionis abuſus odioſe contentionis ſagittas ⁊ excogitatas deriſionis ſtimulos ꝑcurrit ⁊ adultos. Ne nulli placeas dum vis contemnere multos ¶ ¶ Unde nouus Cato

Nunq̄ꝫ tu multos debes cōtemnere vnus

Nam nulli placet qui ſolus abijcit omnes.

De futura beatitudine conſequenda.

.i.pͥncipaliter q̄d p̄cellit oīa.ſollicitatio ſanitatis
Sit tibi precipue qđ primum eſt cura ſalutis
q̄ ſi ꝑ bona ſunt vitupereſ qm̄ ꝓpter tuum malū regimen
Tempora ne culpes cū ſis tibi cauſa doloris.

¶ Perfectionis humane felicitas·que ſublimi bonitatis exiſtentia colloca tur feruentiori aptetur deſiderio.⁊ habita conſeruetur diligentius nam toti us humani deſiderij.apicem comprehendit. Uerūtamen ſe,noſtre erūnoſe labilitatis mutabilitas.varijs propellatur incōmodis.⁊ multifarijs tribu lationū doloribus atteratur.nō ob hoc liceat in murmuratorie lamentatio nis voces erūpere nec tēporum malignitati tribuere.ea iuſto moderamine ſtatuerunt diuinitatis arcana plena ſapientie decoris Tempora ne culpes cum ſis tibi cauſa doloris ¶ Unde nouus Cato.

Prima ſit in functis ſemper tibi cura ſalutis
Tempora non flebis ſi corpus forte dolebis

De ſomniorum fantaſmatibus

nocturnas viſiones .i.ipē hō ſperat
Somnia ne cures nā mens humana quod optat
.i.ſomnū ⁊ viſionē per ſomnū
Dum vigilat ſperat per ſomnium. cernit idipſum

¶ Nocturne viſionis fantaſmata.que diurne cogitatiōes affectatas ima gines repreſentant.abolitis repleta myſterijs non confidas. Nam ſi ea futurorum euentuum vaticinari preſagium curioſa putatione contenderis. non ſine diuine maieſtatis iniuria.diuinationis nota contaminatus cenſe beris. Sane ad eandem ſuperſtitionis ſpeciē ardēter referas laruas ſom nia ⁊ lemures. Somnia ne cures nam mens humana quot optat

¶ Unde nouus Cato.

Somnia ne cures nam fallunt ſomnia plures
Sollicitus durat qui fruſtra ſomnia curat.

Documentum vite regularis.

optas mortale
Hec quicunq; cupis carmē cognoſcere lector
documenta mortalia aptiſſima humane
Hec precepta feras que ſunt gratiſſima vite.

¶ Vitioſi cōuictus declinare,volens naufragium. ⁊ virtuoſe habitudinis iocundis indui veſtimentis.ad ſequentium preceptorū canones canetur aures bibulas inclinare quibus in cellula memorali recōditis ⁊ operis ex ercitatione compleris mortalis vite ſummā afferent gratiā et virtutibus polimite. Hec precepta feras que ſunt gratiſſima vite.

¶ Unde nouus Cato.

Quiſquis adeſſe velis ⁊ carmina diſcere queris;
Cum monitis tutis diſcas precepta ſalutis.

De nobilitate ſcientie ⁊ eius profunditas

virtutū ꝛ ſciarum virtutes ꝛ ſcias

Inſtrue preceptis, aīm nec diſcere ceſſes

dominis ſimilitudo

Nam ſine doctrina vita eſt quaſi mortis imago

ſcꝫ ſi mecum conſilium feceris habebis. i. ſi contempſeris.

Cōmoda multa feres ſin autem ſpreueris ipſe

monitorem cōtemptorem tu.

Non me doctorem ſed te neglexeris ipſe

¶ Immenſa ꝯditionis humane dignitas, diuinis priuilegiata fauoribus in ſapientialis cognitionis lumine ſtabiliter qua apprehenſa ſupernis intelligentijs ſimiles, ꝛ a neglecta iumentis inſipientibus non diſſimiles inueniuntur. Tanto igitur attentionis conamine, ab anime hoſpitio ignorantie detergens rubiginem immo iugi ſtudiorum exercitio ꝛ ſcientiarum lampade ipſam foueas ꝛ attendas ne ignorātie tenebreſcens erroribꝰ ac doctrine ſalutaris exoſa vitiorum fiat pediſſequa ꝛ propago. Nam ſine doctrina vita eſt quaſi mortis imago

¶ Unde nouus Cato.

Imbue iam mentem noſtre rationis egentem
Mens ſine doctrina ſtat vite terra ruina
Carmen ſi ſpernis tibi maxima commoda perdis
Non carmen miſſum ſed te neglexeris ipſum

Non te moueāt malorum detractiones

iuſte qm̄ malis diſplicere laudabile eſt.

Cum recte viuas nec cures verba malorum

id eſt in noſtra voluntate illud

Arbitrij noſtri non eſt quodquiſqꝫ loquatur

¶ Rectoris vite incedens per tramites artiores, ſi detractorum maliuolis oppugnari inſultibus ſi in te ꝯuictus maligneantiū oīa venenate detractōnis machinamenta cōponat, nō ob hoc ſine re rōnis ſtabilitas moueat nā hoc ſolū ꝓprium ſibi vendicat ꝟtualis ēminētia in ſolio celſitudinis collocata. q liuoris aculeos expitur inſtātius q̇bus nec ꝟboſe correctionis que ſi iniuriam ꝓpellendo vicē maldicijs referat. nec ꝟtuoſe ſtatōis culmine trāſferatur Arbitrij noſtri nō eſt qꝺ q̇ſqꝫ loquatur ¶ Unde nouus Cato

Si bonus es morum non cures verba malorum
Nulli ſcire datur quod ſemper quiſqꝫ loquatur

Celato crimen amici.

in iudicio tu exſis .i. ſalua reuerentia veritatis

Productus teſtis ſaluo tamen ante pudore

id eſt tege ꝑ ſilentiū aut ꝑ colorem aliquem. ſaluo ꝛc.

Quantumqꝫ potes celato crimen amici

¶ Ad pretoria vocatus iudicium, vt ſuper delato quolibet amicorum crimine perhibeas teſtimonium veritati quoadusqꝫ potueris amici reatus ꝛ crimina licet tibi perſpicua ſilētij cautela cōtegas ꝛ colores ſaluo tamen in

omnibus fidei ⁊ honeſtatis reuerentia: quas amico preferre cōuenit. ne de
errationis ignominia. aut conſenſu criminis morderi valeas aut conuinci
Quantumcūqꝫ potes celato crimen amici ❡ Unde nouus Cato
Cum fueris teſtis ne ſit pudor huic tibi peſtis
Non debet dici tunc per te crimen amici

De adulationum blandimentis.

molles ⁊ adulatorios   femineo more.
Sermones blandos bleſoſqꝫ vitare memento
ficta ⁊ ſimulata ē in prouerbio. i. ſub ficta ſimplicitate pretendunt fraudem
Simplicitas veri fama eſt fraus ficta loquendi
❡ Uirulentas lingue blandientis fallacias ſi nō ſurdo ꝑtereas auditu de
ceptionis laqueos non euades. Quēcunqꝫ enim de virorum numero au
dieris ſeductorio more blandiri. aut muliebri ritu ſermones vocibus deli
catis infringere aut lenocinantis lingue blandicias preoccupare ſuſpirijs
aut miſcere ſingultibus interiectis. ibi tacite captionis laqueos prudenter
aduertas. qui tanto diſponuntur efficatius. quāto ſophiſta verboſus tibi ꝑ
ſuadere nititur lingua doloſa ⁊ ſtudio malignanti Simplicitas veri fama
eſt fraus ficta loquendi   ❡ Unde nouus Cato.
Sunt bene vitandi ſermones vtiqꝫ blandi.
Sub ſpecie veri nam fallunt ſepe ſeueri:
Hoc idem preclare deſcribit Eſopus
Non ſatis eſt tutum mellitis credere verbis
Ex hoc melle ſolet peſtis amara ſequi

De corporis ⁊ aīe virtuoſis exercitijs.

pigriciā animi   totius hoīs tarditas vel trepuditas
Segniciem fugito que vite ignauia fertur
. i. nō vacat bonis artibus   ſtultitia ⁊ pigritia.
Nā cū animus languet conſumit inertia corpus
❡ Ualidis occupationum exercitijs viriliter aſſueſcas. nam ſi ſub torpenti
ocioſitate tempora tranſcas feriata. mox a languido corde riuus vitiorum
ebulliens omnem mentis humane precioſam ſubſtantiā aufert et diſꝑdet.
Exercenda eſt igitur aīa meditationibus arduis ⁊ vtilibꝰ ſapientie ſtudijs
Corpus vero impellendum virilius. nō ad languorem deſidie ſed ad opus
Nā cū animꝰ languet ꝯſumit inertia corpus ❡ Unde nouus Cato:
Segniciem linquat te non ignauia vincat
Cum mens lāgueſcit caro tunc defecta ſeneſcit
Uñ ꝑclare dicit Seneca   Labore atqꝫ ſtudio animi generoſi nu
triuntur ſegnicie vero corpora vanitatibus imbuuntur.

De animi recreacione

Ouidius. i. quod caret alterna requie durabile non eſt
Interpone tuis interdum gaudia curis.
Phūs. Reqes ⁊ ludus in vita ſunt neceſſaria portare
Ut poſſis animo quēuis ſufferre laborem

¶ Diutina laborum aſſiduitas nulla ꝗetis intercapendine recreata. vires anime potenter emollit ⁊ laboris perſeuerantiam intercludit. Miſcēda igitur eſt humanis laboribus gaudioſe conſolationis relaxatio. que tante moderationis ſtudio teneatur vt ſic medicinis vtimur nec exceſſus laſciuiā ſuperfluitatis impellat. nec defectus animum deiciat in faſtidiū ⁊ errorem.
Vt poſſis animo quemuis ſufferre laborem ¶ Unde nouus Cato.
Gaudia ſepe tuis debes adiungere cures
Sic ſufferre datur ſi quid fortune minatur

Alterius crimen non dñu dices

dominis ne memoraueris

Alterius dictum aut factum nec carpſeris vnꝗ

in dictis ⁊ factis tuis homo

Exemplo ſimile ne te derideat alter

¶ Si proprie tranſgreſſionis vitori idoneus non diſſimilator extiteris ad alieni reatus maculas iudiciū condēnantis oclos non canaberis retrorqre. Qui eñi liuoris dēte condēnaōtis forfice. vel irriſionis nota mie prior actꝰ ꝯſueuit laceſſere. crimioſe ꝯſciētie ſe fatet alienis irriſionibꝰ i poſterum impellendus Abigat ꝗ quā totꝰ a ꝯſciētie thalamis. ⁊ a lingue pruriētis impulſu. temerariū aliene culpe iuditiū ⁊ deriſionis vipera cōſcientie moribꝰ a. ter. Exemplo ſimili ne te derideat alter ¶ Unde nouus Cato.
Nullum dicentem reprendas vel facientem
Ne ſimilis riſus aliꝗ ſit reddere viſus
¶ Unde Seneca Sit viciorum fugar ipſe aliorum nec vitioſus ſcrutatator nec acerbus reprehenſor ſed ſine exprobratione correctoꝛ

Bona fortune ne expendere cures

illud legauerit in teſtamenta vltima voluntas

Quod tibi ſors dederit tabulis ſupma notato.

nō delepidādo tibi legata ille defamat

Augiendo ſerua ne ſis quem fama loquatur.

¶ Cum fortune volubilis munificentia te nouiſſime benigne fauore proſequens vberiori proſperitate repleuerit. tunc ſagaci fretus ꝯſilio largita donata cum debita moderatione diſpenſa ne prodigalitatis diluuio circūuentus deriſionis publice noteris infamia. dum proprie temeritatis iuſticia de plenilunio veneris in eclipſim dū ea que plurimis videbantur effundenda tēpibus ꝯfracta moderatōis ſtatera ſubdito ⁊ inutiliter diſpgantur.
Augenda ſerua ne ſis quē fama loquat ¶ Unde nouus Cato.
Quod ſi ſorte datum tabulis hoc queſo notatum.
Et ſernes auctum te canet fama retractum

De auaritie declinatione in ſenibus

abundant vite tue

Cum tibi diuitie ſeparant in fine ſenecte.

munera dans tenax

Munificus facito viuas non pcus amicus

Si vberes diuitiarum aceruos ſeneſcente poſſideas tunc peſſulo liberalitatis effracto. ipſa vberalitate magnifica diſtribuas ⁊ effundas. nam theſaurizare poſteris ⁊ auaricie macula ſue vite terminum denigrare cenſere abſurdum ⁊ non diſſimile ab his qui aratro ſulcant arenam. vel triticu3 ſeminãt in miricis Munific⁹ facito viuas nõ pc⁹ amicus Uñ nouus Cato
In ſenio diues dum paruo tempore viuas
Multis multa dabis nec amicis plura negabis

De cõſilio vxoris filiorũ aut famulorum.

existens tui
Utile conſiliũ dominus ne deſpice ſerui
alicui⁹ ſniam vel conſilium nõ deſpexeris
Nullius ſenſum ſi pdeſt tẽpſeris vnq̃

Diſtributoris largitas copioſa apud que3 nulla pſona⁊ regit̃ exceptio frequenter pſonis hũilibus dona ſapie largioris infundit. fugiens cathedras optimatum. Si ergo quiſpiã de ꝟnatulis vel tibi qualibet inferioritate ſubiectis ꝯſiliũ vene maturioris afferat grataanter hoc ſuſcipe ne ob audiens animo indignanti nec ꝯtra ſapiens cõſilium ꝓprie inuitaris prudentie dum alienum abijcis. qd̃ iudicat̃ reprobum atq3 nequam Si pdeſt ſenſum nullius emſeris vnq̃ Unde nouus Cato
Non ſit neglecta ſerui ſnia recta Nec ꝯtemnat̃ tibi cũ bene ꝯſiliatur.

De rerum et temporum aduerſa ꝑmutatõe

quibus cares ſc3 tibi mõ illud.
Rebus ⁊ in ſenſu ſi non eſt quot fuit ante
ſis cõtentus ⁊ patiens cum illo.
Fac viuas contentus eo quod tempora prebent

Si nouerca proſperitatis negligentia ſeu fortunati caſus euentus. tui peculij fines inuaſerint iam pauptati fedus primu3 ineuntes non ob hoc puſillanimitatis de primaris ſub ſolio. ſed conſtantie rigore ſeruato. ſufficientiam pro coniuge amplectaris. Fortune quidẽ crebra mutatio ⁊ mobilium diſtractio conſueta. viriles mentes offendere nunq̃ debent Fac viuas contentus eo quod tpa prebent Unde nouus Cato
Pauperior ſenſus non ſit turbatio ſenſus.
Sed ſis contentus vt omnia fert tibi tempus.

De diſcreto coniugio cõmittdẽo.

caue ꝓpter diuitias ⁊ bonorũ poſſeſſiones
Uxorem fuge ne ducas ſub nomine dotis
vxorem infamis ⁊ intolerabilis
Nec retinere velis ſi ceperit eſſe moleſta

Si matrimonialibus vinculis te a. iquotiens obligati delectet non poſſeſſionum copias. non diuitiarum abundantias principaliter adipiſci contendas in coniuge. ſed morũ decus virtutum inſignia. ⁊ gñis claritatẽ quã ſi cognita veritate perpenderis a morũ generoſitate degenerem. aut iracũdie ſtimulis agitatã ab eius vinculis properanter effugias etiam ſi ſummi

culminis copiarum aut claritatis attollitur honoribus. Nam talium coniugatorum nouiſſima vtriqꝫ partium ſordida ſunt ⁊ infeſta Nec retinire velis ſi ceperit eſſe moleſta. ¶ Unde nouus Cato
Non tribuet votis vxorem copula dotis
Ut diſiungaris ab ea ſi forte grauaris

Aliorum exemplo viue

Terē. hoc ſapienti eſt piculum ex aliis ſumere. qđ tibi facere licet
Multorum diſcas exemplaqꝫ facta ſequaris
et que ſequaris docet
Que fugias. vita eſt nobis aliena magiſtra

¶ Si regulata morigerationis cacumina gradatim queras aſcendere aliorum euentuū ſias ſedulus explorator. quia cū alios recordaberis ſue prudentie miniſterio in ſuis proſperitatis actibus. alios vero detrimentū ex ſuis operibus aſſecutos facili cenſura iudicium cōiecturare licebit quid agendi vtilius. aut totaliter relinquendum Noueris equidem ꝙ preſentis vite decurſus nobis mirabili varietate ſubſeruit. in qua experientia reperitur princeps ⁊ miniſtra ¶ Unde nouus Cato
Ex aliis diſcas quid agas bene quid ve remittas
Nunc ad viuendum vita eſt exemplar habendum.

Poſſe tuum non tranſcendas

.i. vires tuas examina ſupreſſus.
Quod potes id tēpta. operis ne pondere preſſus.
ſubt⁹ cadat ⁊ deficiat incompleta .i. inceptum
Succumbat labor ⁊ fruſtra temptata relinquas

¶ Si arduū aliquid te contingat aggredi. vires tuas primitus metiaris ne preſſus mole ponderis. nimia fatigatiōe ſuccumbas. aſſecutus plebis ridiculum dum abuſiua deceptione ſeductus inchoatum opus deſeris imperfectum.. Satius quidem eſt a magnis actibus deſiſtere. ꝙꝫ ꝙ inceptū temere relinquas· Succumbat labor et fruſtra temptata relinquas
¶ Unde nouus Cato.
Materias pares in viribus ſumpſeris aut res
Deficiſſe vides inimici pondere vires

De maleficiorum accuſatione

facim⁹ magnum iniuſtum tacere illud
Quod factum noſti iniuſtum. nollito ſilere.
agentes ⁊ conſentientes pari pena puniuntur
Ne videare malos imitari velle tacendo

¶ Si motus malignantium ſceleroſe factionis malicia leges publicas cōturbauerit Cuius rei taciturnitas pacis vel pluribus faciat detrimentum propalandum eſt velocius ⁊ ad aures publicas reducendū. ne forte iniuſticiā maligne reticēs iniuſticie arguaris. tanꝙ malleēs facinoribus ſilēdo tacitū prebere conſenſum ꝙꝫ malorū indignatione recepta obuiare criminibus raguendo Ne videare malos imitari velle tacendo ¶ Unū nouus Cato

Sı'michi tu credis nunq̄ȝ mala facta flebis
Nam quiſquis celat ſe conſentire reuelat.

De iudicis adiuuamine poſtulando.

qui hȝ auctoritatem interp̄tādi .i. ſi lex videaꝛ iniq̄ rebꝰ tuis ꝯtrariam
Judicis auxilium ſub iniqua lege rogato.
q̄ in vniuerſali dant .i. interp̄tētur in ꝑticulalibꝰ caſibus
Ipſe etenim leges cupiunt vt iure regantur

¶ Legalis iuris ſeueritas ꝑticulares caſus concipiens moderationem ex igit iudicantis Alioq̄n repente ve: terenꝛ in ꝑniciem. q̄ moderatōne iuſtiſſima fuerat ab initio cōſtituta Dū ergo rigorem legis accepis cōtra ꝓprie inſtitutōis calculū. tuis negocĳs inſimiliter aduerſari Ad leges declarandā ſniam patrocinū iudicis interpellas Hoc em̄ legalis inſtitutio exigit. vt interpretetꝛ benignus ⁊ eius obſcuritatis nebule nequiſſimi cenſura iudicis abſoluantur Ipſe em̄ leges cupiūt vt iure reuanꝛ ¶ Unde nouus Cato.
Judex ſis tutus ſub iniqua lege ſtatutis
Nam ſub iure regi placet omni tempore legi

De pacientia in tormentis retinenda.

propter tua demerita ſuſtinere.
Quod merito pateris. patienter ferre memento
qm̄ noſcis te culpabilē iudicante corrige
Cunq; reus tibi ſis. ipſum te iudice damna

¶ Dum iuſticie veritas criminū equitati reſpondet· nulla nouitatis intemperies aut nouitatis ſpēs exoritur. dū ⁊ rationis iudiciū ſcrupulos dubietatis amouet. ⁊ perpetrate culpe conſcientia a lata ſnia nō diſcordet. Nam vt ait Boetius Si mali ſui criminis deformitatem agnoſcerent vltro ſe preberent iudicibus puniēdos. vt ſui reatus deformitas iuſticie medicamine deleretur. Dum ergo te patriſceleris imanitas abiecto ſilentio cunctis innotuit. flagellū rigoris inflicti modeſte ſuſtineas immo impellēte ſynderesi. ⁊ conſcientia proteſtante teipſum argue ⁊ ꝯdemna Cunqȝ reus tibi ſis ipſum te iudice damna ¶ Unde nouus Cato
Omne tuum ſemper ſuffer meritum patienter
Cunqȝ reus conſtes nō te ſine crimine monſtres

De ſtudĳ cōtinuatione.

probatiſſimoꝝ ſcripta multis apta ab ineptis diſcernendo
Multa legas facito. perlectis ꝑlege multa
flores ex ſpinis. grana ex paleis. ⁊ argentum ex luto collige
Nam miranda canunt. ſed nō credenda poete

¶ Studiorum perſcrutator ſedulus. volens multiplicibus ſtudiorum vigilĳs ſapientie matris cubiculum introire. varia perquiſitionis indagine rimetur actores. ⁊ plurimorum perquierēs ſtudia. diſcretionis ventilabro a veris falſa ⁊ ab imperitis perita. firmitatis cautela diſcernat Ne ſophiſticationis verboſitate confuſus. aut equiuocationis nubilo circunductus. opinionem veritati preferat. Ut ſeductori ſ doctoris nomen

tribuat ꝛ ꝓphete. Nā mirāda canūt. ſꝫ nō credēda poete. Unū nouus Cato.
Fac multa legas ꝛ idem tu ſedulo degas
Sic vera petas varios imitare poetas.

De modeſta loquutione circa menſam

ſimul comedentes comis ꝛ facetus
Inter conuiuas. factis ſermone modeſtus
garrulus facetus reputari
Ne dicare loquar. dum vis vrbanus haberi

Inter exteriorū epulas venerāter accūbens lingue ventilabꝛū ſagaci moderatōꝛ refrenet. ne ſi paulo licentius in vba ſcu. rilitatis aut odioſe loquacitatis deflāt cōtaminationis venenum referat in actorem. qđ facile medicamine nō poterit aboleri. Ne videar e loquar dum vis vrbanus haberi
❡ Unde nouus Cato
Dū cōuiuaris caueas ne multa loquaris.
Diſcat ab vrbanus vir garrulitatis inanis

Irata coniunx non te moueat

plorantis.
Coniugis irate noli tu verba timere
parat deceptiones
Nam lachrimis ſtruit inſidias dū femina plorat

❡ Si perturbationis incendijs turbata ꝓpria vxore ebuliens voces multimode lementatōis. effundat gemitū ſingultibꝰ dilatatū. his de cauſis nullatinus virilis exacerbet ꝯſtātia aut mulieris mota fluctibꝰ agitet. Nā hoc habet ꝓpriū muliebꝛis ſexus fragilitas. ꝙ vbi abundantiori luctu preten dit tuſtitia. ampliora future deceptionis retiacula viro ſuo depromit dū vultum perfundit lachꝛimis ꝛ rorat. Nam lacrimis ſtruit inſidias duꝫ femina plorat ❡ Unde nouus Cato.
Nil tibi curet ſi ꝯiugis ira minet Femina dum plorat hoīeꝫ ſuꝑare laborat
❡ Unde Ouidius Qui harū rerū expertus erat ait
Neue puellarū lachꝛimis moueare caueto Ut flerēt oculos erudiuare ſuos

De poſſeſſionum tēperata diſpenſatione

tꝑate bonis acquiſitis prodigaliter expendendo.
Utere queſitis ſed ne videaris abuti.
inutiliter prodigaliter .i. deficit bona aliorum
Qui ſua conſumunt cū deeſt aliena ſequūtur.

Copioſe ſupellectilis ditatus bñficio. tanto regiminis ordine ꝯmiſſa tibi bñficia moderis. vt ſuperfluitas vitio. nec tenacitatis. notatus infamia. ꝑfectionis mediū valeas obtinere. Nā dum inutili ꝛ ſuꝑuacua ꝓdigalitate poſſeſſa diſtribuis. ꝛ inopie domū ingrediens. fatue ꝓdigalitatis vocabulum aſſeq̄ris. in deteriora ruiturꝰ picula Nā experiētia docēte cognouimꝰ ꝙ ab opulētia in ſterilitatē collapſi. ſubito carētes ꝓprijs i alienoꝝ appetētiā capiuntur Qui ſua ꝯſumūt cū deeſt aliena ſequūtur ❡ Unde nouus Cato.
Sic tibi ſit vſus rerum ne fiat abuſus.

Qui ſuam demergunt hi poſt extranea pergunt

De diſcreta mortis expectatione

et hec ſi iuſte vixeris. qm̄ mors peccatorum peſſima

Fac tibi preponas mortem non eſſe timendam

mors qm̄ priuat vitam. miſeriarum huius mundi

Que bona ſi non eſt, finis tamen illa malorum

¶ Mortis imperium a cuius iuriſdictōe nullus eximit. Ualida mētis conſtantia preſtolari cōtendas. q̄ ſi nihil vtilitatis hūane cōſideratē i preferat eſt tn̄ hūane vexatōis remediū ⁊ mundani caſus terminus ac laborū Que bona ſi non eſt finis tamen illa malorū ¶ Unde nouus Cato

Raro timere mori nimia formidine noli.
Mors mala nos tollit ſed ⁊ hec mala nostra reſoluit.

De vxoris conſilijs

id eſt vtilis tolerare.

Vxoris linguam ſi frugi eſt ferre memento

linguam vt frugalis audiatur

Namq; malum eſt nō poſſe pati nec velle tacere

¶ Precioſe cōfectionis aromata vaſis intercluſa fictilibus. nihil cōtinentꝫ vaſis ineptie ſibi diminuūt de valore Si ergo tue vxoris animuꝫ ſapientie balſamo redundare cognoueris. eius conſilia prudentie infirmitatis ſubnixa non memineris aſpernari. ſed tanq̄ ſugens mel ex petra. oleū de ſaxo duriſſimo. ne duplici turbulentie mordeat angario. Dum nec loqui permittitur neq; tacere. Naq; malum eſt non poſſe pati nec velle tacere.

¶ Unde nouus Cato.

Uxoris linguam ſi prodeſt cur ego ſtringā
Namq; pati neſcit ſtultus cito nec reticeſcit.

De honore parentum

non debili ſed firma charitate patrem ⁊ matrem

Dilige nō egra charos pietate parentes

ſapiens. maledictus ē a deo q̄ aſperat matrem. placere patri ſuo

Nec matrem offendas dū vis bonus eſſe parēti.

